

præstat minus sapere quām peius, errare quām fallere. Porrò facies dei ex-
 pectat in simplicitate querendi, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valen-
 tini, sed Salomonis. Deinde infantes testimonium CHRISTI, sanguine lita-
 uerunt. Pueros uocem qui crucē clamant, nec pueri erant, nec infantes, id est
 simplices non erant. Repuerascere nos & Apostolus iubet secūdum deum,
 ut malitia infantes per simplicitatem, ita, demū sapientes sensibus simul de-
 di in sapientiæ ordinem, de simplicitate manādi. In summa, CHRISTVM
 columba demonstrare solita est, serpens uero tentare. Illa & à primordio di-
 uinæ pacis præco. Ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita facilius sim-
 plicitas sola deum & agnoscere poterit & ostendere, prudentia sola concu-
 tere potius & prodere. Abscondat itaq; se serpens quantum potest, totamq; q
 prudentiam in latebrarū ambagibus torqueat: alte habitet, in cæca detruda-
 tur, per amfractus seriem suam euoluat, tortuose procedat nec semel totus,
 lucifuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex, etiam in æditis semper
 & apertis & ad lucem, amat figuram spiritus sancti, orientē CHRISTI figu-
 ram. Nihil ueritas erubescit, nisi solūmodo abscondi: quia nec pudebit ullū
 aures ei dedere, eū deum recognoscere, quem iam illi natura cōmisit, quem
 quotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notū quod unicū non
 putauit, quod in numero nominauit, quod in alijs adorauit. Alioquin à tur-
 ba eorum & aliam frequētiam suadere, à domestico principatu ad incogni-
 tum transmouere, à manifesto ad occultum retorquere, de limine offendere Aliás de limine fidē
offendere est.
 est. Iam si & in totā fabulā initietur, nōnne tale aliquid dabitur te in infan-
 tia inter somni difficultates à nutricula audisse, Lamiæ türres, & pectines so-
 lis? Sed qui ex alia conscientia uenerit fidei, si statim inueniat tot nomina
 ænonum, tot coniugia, tot gemina, tot exitus, tot euentus, felicitatis, infelici-
 tes dispersæ atq; concisæ diuinitatis, dubitabit ne ibidem pronunciare has
 esse fabulas & genealogias indeterminatas, quas Apostoli spiritus his iam
 tunc pullulantibus seminibus hæreticis dānare præuenit? Merito itaq; non
 simplices, merito tantūmodo prudentes, qui talia neq; facile producūt, neq;
 exerte defendunt, sed nec omnes quos edocent, perdocent. Vtiq; astute, ut
 pudenda. Cæterum inhumane, si honesta. Et tamen simplices nos omnes Aliás nos, omnia
scimus.
 sumus. Denique hunc primum cuneum congressionis armauimus, detecto scimus.
 rem & designatorem totius conscientiæ illorum, primamq; hanc uictoriæ
 auspicamur, quia quod tanto impendio absconditur, etiam solūmodo de-
 monstrare, destruere est. Nouimus inquam optime originem quoq; ipso-
 rum, & scimus cur Valentinianos appellemus, licet non esse uideantur. Ab-
 scesserunt enim à conditore, sed minime origo deletur, & si forte mutatur: te
 statio est ipsa mutatio. Sperauerat Episcopatum Valentinus, quia & inge-
 nio poterat & eloquio. Sed alium ex martyrii prærogatiua loci potitum in/
 dignatus, de ecclesia autentiæ regulæ abruptus (ut solent animi pro prioratu
 exciti, præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conuersus uerita-
Valentinus.
H 2 tem, &